

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia r
cum uariis

Sunt quidam misericordes de hiis que ad ipsos non pertinent; qui scandalizantur quod non datur omnibus habundanter, sic tamen ut ipsi ne in modico quidem grauentur; qui si misericordes essent de suo facere deberent misericordiam, si non possent de terrena substancia, de uoluntate bona darent eis; qui contra eos fortasse peccare uidentur, darent dulce signum, uerbum bonum quod est super datum optimum ut eorum mentes ad penitentiam prouocarent. Denique hiis omnibus quos esse in peccato cognoscerent, compassionem impenderent et oracionem. Alioquin misericordia illorum nulla est, et misericordiam consequuntur nullam.

Bernardus sermone IIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Misericordia r] Misericordia s P V¹ V² L¹ L²; hiis] iis L²; de suo facere] facere de suo M;
prouocarent] reuocarent P V¹ V² L¹ L²; esse in peccato] in peccato esse P V¹ V² L¹ L²;
impenderent] impedirent P V¹; consequuntur] consequuntur P V¹ V² L¹ L²